



Universitätsbibliothek Paderborn

**Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm
Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis comprehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronogiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

Admodvm Reverendo, Strenvo, Generoso, Nobilissimoque Domino, D.
Henrico à Ruiffenberg, Ordinis Teutonici, Baliuæ luncetan[a]e ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

ADMODVM RE-
VERENDO , STRENVO,
GENERO SO , NOBILISSIMO-
que Domino, D. Henrico à Ruisenberg,
Ordinis Teutonici , Baluæ Iuncetanc
Commendatario pouinciali,&c. Do-
mino suo multa obseruantia
colendo S. P. D.

Dicitur admodum censuit Ari-
stoteles , Generose ac Nobilissi-
me Domine , nihil esse humanæ
naturæ magnificencie accommo-
datius , quam admiranda Omni-
potentis Dei opera , aßiduamente contemplari .
In eo enim munere non modo perfectam huma-
næ vitæ rationem , omnemq; officij religionem ,
sed summam omnium , quam animus capere po-
test , voluptatem sitam esse decernit . Quod
sanè Propheta Regius , qui diuinorum operum
contemplatione animum aßiduò pascebatur , lucis
lenter iestatus est , cum ait : Quam magnifi-
cata sunt operatua , Domine : Omnia in sapien-
tia fecisti , impleta est terra possessione tua . De-
leclastime , inquit , Domine , in factura tua , &
in operibus manuum tuarum exultabo . Vir in-
sapiens non cognoscet & nullus non intelliget
(:) 2

ts San-
confessio-
uerendo
io Ca-
venera-
chusse
ac com-
fructum;
poterit,

ciphanus,
octor , &
colonie A-
pore , D.

hac. Neq; modo sanctissimus hic rex, sed Philosophi etiam gentiles, in medijs errorum suorum tenebris, clarissimè immensam diuinæ sapientie magnitudinem, ex operibus ab ea conditis, cum incredibili mentis gaudio, percepserunt. Inter quos Seneca, ut magnificentissimus naturæ operibus animum suum oblectaret, eorumq; dulcedine omnes humanae vita ac acerbitates suauissimas redderet, non dubitauit, patria, cognatis, amicis, opibus & possessionibus. & omnib; deniq; pro quibus in vita parandis, tuendis, amplificandis homines vitam periculis infinitis exponunt & obiciunt, relatis, in locum ab omni mundano si repletu & familiari hominum congressu alienum secedere: ut (quam) à flagitiosa corporis consuetudine remotus, & quasi corporeis vinculis expeditus, libamente, in diuinorum operum contemplatione versare posset. Ex qua sane tantum, tamque admirabilem animi fructum est consecutus, ut mortalsbus rebus abiectis & repudiatis de immortalibus atq; diuinis noctes & dies, cum incredibili voluptate cogitaret: & quasi ex alto calorum cardine, mundum cum omnib; regnis & opibus infra se positum despiceret. Quod si tantam homines illi in solis naturæ, operib; contemplandis, voluptatem hauserunt, adeoq; naturæ statum insita fragilitate ruentem ac precipitem fulcierunt, ut contra omnes fortu-

ne impetus invicti persistenter & semper glo-
riam ac decus retinuerint, quid tandem ex-
istimandum est in operibus gratiae reconditum
esse, que præcipuum diuine bonitatis & chari-
tatis magnitudinem erga nos profiteretur? Quid
enim non admirandum, quid non magnificum,
quid non vehementer obstupeendum in san-
ctorum hominum vitis legimus, quos Deus &
singulari amore complexus est & clarissimis
iusticie muneribus exornauit. Profecto tanta
sunt tamq; admiranda, que Deus in eos plenissi-
me congesit beneficia, ut homines, qui incom-
parabilem Dei erga suos charitatem minus per-
spectam habent, meras nugas & aniles plane
fabulas esse dicant. Quod nemini sane mirum
videt debet, si homines inani sapientia & opinio-
ne tumidi, ea irrideant, que omnem humanae
mentis intelligentiam superant, solaq; admirabi-
lissimi conditoris potentia perficiuntur. Si
enim Propheta David magnifica natura opera
humanis oculis obiecta & ante pedes constituta,
solis pijs & amore diuino acriter incensis co-
gnita esse afferit: ceteris autem prorsus inco-
gnita & densis tenebris involuta: quoniam tan-
dem modo opera gratiae, que in sanctorum ho-
minum gestis præcipue eluent, & infinitis par-
tibus natura & operibus nobiliora sunt, angustis
humane intelligentie terminis assequuntur?
Et tamen sunt homines adeo amentes qui, cum

nullo modo optimi parentis in filios suos benignitatem intelligere queant, omnia que de SS. gestis referuntur vel impie conficta, vel splendidis aspersa mendacys contendere non vereantur. At verò y, qui summi illius Domini in tuendis & ornandis amicis suis magnificentiam vel leuter exploratam habet, profectò mecum fatebuntur nihil esse vel ad animalium vulnera salutarius, vel postremò ad obiectamentum vita iucundius, quam priscam illam Ecclesiæ fælicitatem sanctorum hominum miraculis sanctam, martyris testimoniū, & excellenti diuinorum hominū virtute, continetia, puritate, contra omnes demonum & tyranorum impetus stabilitam, ac rimentis iudicio recognoscere. Quia mecum ego cum reputarem, universæ Christianæ Reipublicæ rem non minus utilem quam iucundam facturum me existimau, si res sanctorum Dei virtute & auspicio gestas, attentiore delectu, pressas ac repurgatas & ad doctissimi praestantissimiq. viri Caesaris Baronij iudicium, tanquam ad Lydium lapidem probatas, in publicū emitterem. Quod sane si minus facunda splēdidaue, tamen inter infinitas diuinarum laudum occupationes, sincera atq. accurata narratione praestitimus. Ei quanquam nescius nō essem, hūc nostrum laborem multorum hominum offensioni obnoxium futurū quod munus id suscipere ausus sim,

beni-
se de
ficta,
ende-
n illi-
is suis
habet,
l ad a
mò ad
iscam
inum
& ex-
tin-
tyran
iudicio
tarem,
on mi-
me exi-
& auspi-
c repur-
viri C.
dium la-
e. Quod
en intel-
ones, syn-
mus. Et
um labo-
bnoxium
us sim, al-
qui
quod, pro dignitate obeundum atq; exornan-
dum, diuino ingenio & admirabili orationis co-
pia & facultate opus erat: tamen cum atten-
tius in consideratione Sætorum versari cœpis-
sem, adeò cupiditate eorum exarsi, ut contine-
re me non potuerim, quin totū meum studium,
repente, ad vitas eorū literis illustrandas cor-
uerterem. Accedit quod religiosi hominis, in
bonis artibus à pueritia enutriti, & in diuina
studia, die nocte q; incubentis, officiū esse du-
cerem, non vni tantum sibi vacare, sed quantu-
lam cum q; scientiam adeptus fuerit, eam ad cō-
munem multorum utilitatem conferre. Quæ
cum ita sint, confido fore fætum hunc nostrum,
quantumuis impolitum, gratijsq; quas ho-
mines admirantur, minus adornatū, iudicita-
men equiori, precipue cui diurni nocturnique
Ordinis nostri labores penitus perspecti sint,
placitum & fautorē inuenturum: donec per
otium ornati oraculatōrē à nobis prodierit.
Has aut lucubrationes nostras cui potissimum
destinarem non diu mihi deliberandū fuit. Exi-
gebant enim hoc à me tua in me collata be-
neficia & præcipua quadam animi benevolen-
tia, quam omnibus mundi huius opibus longè
preferendam puto. Præterea aequum esse puta-
ui illi potissimum studiorum meorum labores
consecrare, qui tanta vigilancia ac cura omnes
literarum candidatos fouet: & omnes opes &
confilia

V
Ex
l
II
rōg
iam
uore
cōsu
scrib
dece
fern
con
tōm
Mat
faltub
tatis
pus i
in ser
solit
bus,
asse p
stis,(
consilia eō libenter confert, ut doctorum atque
piorum hominum multitudo, ad Reipublicā &
Ecclesiæ ministeria adhibeatur. Quām multi
enim tua singulari beneficentia & humanita
tē ad dignitates, & quod multo praeclarius est
ardentissimis pietatis studijs tamquā facibus
admotis incensi sunt, non facile verbis explicari
potest. Quare non possum nō tam egregiam in
te, Generose Domine, virtutem vehementer
amare & amplecti, eamq; animo meo semper in
fixam habere: cuperēq; sāne egregias animi tui
dotes, debit is laudib. celebrare, nisi me & inge
nij & eruditio nis meæ tenuis as, ab hac cogita
tione auerterent. Hoc interim à te cōtendere
non desistā, ut has qualescunq; mentis meæ co
gitationes & animi conatus aquiboniq; consu
las, scriptaq; nostra, quam me soles, humanitate
amplectaris. Quod si feceris, acerrimos ad reli
qua currenti stimulos addes, efficiesq; ut mu
nere præclariore, & te tuaq; virtute magis di
gno, meum in te animum, pietatis & obseruan
tia plenissimū, declarem. Christus Iesus R. D. V.
& ad nominis sui gloriam, & Catholice Eccle
siæ utilitatem, diu, nobis seruet in columnen. Es
Carthusia Agrippinensi 6. Kalend. Aprilis.
Anno Restauratae Salutis 1595.

R. D. V. Obseruantissimus
F. Zacharias Lippeloo. Carthuſ.